Vitruuius. Plinius quercum item celeriter ait marcelcere. Ad reliqua vero inteftina opera ualuaru, lectoru, menfarum, fubfelliorum, & e/ iufmodi abies egregia eft, præfertim quæ ad Alpim Italiæ montem excrefcat. Na hæc arbos natura eft ficciffima, & glutina g tenacifiy ma. Eft & picea & cupreffus his rebus percomoda, Fagum fore alio/ quin fragile prædicant, fed capfis, lectisch utilem, & in tenuiffimas fe cari laminas, fecari quoce & ilicem aiut belliffime, Inutiles ad afferes habendæ funt juglans, o facile frangatur, ulmus, fraxinus or. Na hæ ram & filente, facile tamen panduntur. Verum obedientiffimam effe omnium in opere affirmant fraxinum. Sed nucem demiror no mul/ to effe in antiquorum monitis celebratiorem, quando ea quidem, ut uidere licer, cum ad ceteros pleros fe ulus, tum maxime afferitis ope ribus admodum habilis, & pertractabilis eft, Morum laudant, cum ob eius æternitate, tu op nigrefcat uetuftate indies, & fiat gratior, Val uas memorat Theophrastus colucuisle diuites ponere ex loto, ilice, buxoue. Vlmu, quia rigorem firmifime afferuet, ideo portaru car/ dinibus utile ducunt . Sed permutari iubent oportere ut fit radix fu/ perior inuerfo cacumine. Cato uectes aquifolios, laureos, atch ulme os fieri iubet. Clauiculis cornum coprobant. Gradus ad scalas orno, atch acere ponebant. Pinus, Picea, Vimus ad aquarum ductus inter/ cauebantur, fed hafce, nifi terra contegas, ocyffime fenefcere affeue/ rant, Cæterum ornandis ædibus laricem fæminam, guæ colore fi/ milis eft melli, compertum habent in tabellis pictorum effe immor/ calem, & nullis rimis fiffilem. Prærerea, quia einerui non infint ua/ cum, led cælim, ideirco ad limulachra deorum efficienda utebantur. Tum & utebantur Lotho, ac Buxo & Cedro, & ut cupreffo, & craf Arbores liga fiore olcarum radice, Aegyptiace perfica, quam effe lotho fimilem nis & tabulis referunt, Torno autem fi quid terete reddidiffe opus erat Fago, Mo/ faciundis aprero, Terebintho, & in primis Buxo omnium fpiffiffima, & egregie tornatili, & ebano omnium gracillima utebantur. Nech lignis & ta/ bulis efficiundis afpernabantur populum albam, & item nigram, & falice, & carpinum, & forbum, fambucii & ficum. Quæ arbores, cu ficcitate, & xquabilitate ad excipienda, feruanda (pictorum gluti) namenta & illinamenta utiles funt, tum ad formas exprimendas du/ fubiles quidem, arc admodum faciles, Verum inter hafce oninium molliffimam extare nliam in promptu eft, Sunt qui ad figna confit cienda iuiubam comprobant. His contraria est robur, quando qui and a

122

quidem incrie, & com alis omnibus culmodi su accris infociabilis omnino, & omnis glutinis alpernatrix fr. Idem uitium elle omnibus lachrymolis & criipis aiunt, ut omne genus glutinamenti abdicent. Rafile itidem aug denfum quod'a lignii zgre coharet glucino. Que ite diversa funt natura, un eft Hedera, Laurus, Tiliace, op calide fim. cum his que humecus locis nalcuntur, q eulimodi omnes frigide na tura fan, diughuino non cohærent. Vlaus, Fraxinus, Morus, Car rafaser o fice fine cum placano & alno, que madide natura funt non convenient, Quin & cantum abhit apud maiores, ut natura in 'ter fe non congruentia & congraria, glutino connecterent, ut etiam fi mul non iugara, fed hærentia uetuerine congmentari, Hinc illud Vis truni, o elculeos quide axes admoner quercinis non jungendos .

Dearboribus nerum formatim. Caput VII. FErum, ut de his omnibus fummatim referam, apud omnes abs tores confrat infocundas arbores firmiores effe fertilibus, fylige fires. & manu, ferroice non cultas duriores effe domefricis. Nam fri Arbores fylue uestres quidem in morbos incidere, quibus incerimantur negat The ophrastus. Domesticas vero, & maxime, quæ fructus ferant, gravil/ fimis elle obnoxias morbis predicant. Et inter feraces, præcoces fero tinis, & dulces acunis elle imbecilliores flaturunt. Et inter acunas arque alperas folidiores putant cas, que fructus acerbiores rariores et / dant. Que alternis annis promunt, & que penitus steriles fint, fera/ abus nodoliores funt. Et illarum quo quæg breuior, ed difficilior. Er steriles magis crefcunt, f fertiles. Addunt & eas, que in propatil/ 10, & nullis nece moneibus recta nece fyluis, fed crebras ventis & teta peltaribus agitatze creuerine, firmiores illas quidem craffiores effe Ted breutores, nodofiores (2, 9 quarin convalle & toco à venns tuto * rescreuerint. Tum & arbores origin locis humidis and opacis moli ores putant, & que in apricis ares ficcis coafiserint . Et que ad Borta nafcuntur aptiores elle, di que à borea ad auftrum declinent. Et que locis à fua natura lint alienis nate non fecus, any abortiuas respublit. Er meridianat quidem preduras fore, fed medullis cotorqueri. Ec mi nus coequabiles prestare le ad opus exequendum. Preterea aridas na tura arch ad creicendum tardas robuftiores elle, qua que laxe of fre and fint. Nam quot in his forminean, in history alteris malculi 'nam effenaturam putabat Varro, & candida quete ligna minus el/ fe denia, ot turges tractinita; g quabus color quate staulis fit. 175 date

ftra.

Arboris do/ meftice.

DE RE AEDIFICATORIA LIB. II. 25

derofa quide omnis materia spissor, durior de leui est. Et quò que et leuior, eo est fragilior, & quo crispior, eo astrictior. Tum quibus na Qualitas mate tura dederit, ut diutius in uita uigeant, dediffe etiam ut abfailfe tardis riarum. us corrumpantur. Omni etia in ligno, quò minus medullæ ineft, co natura illi acrior & robustior eft. Quæ partes ad medullam proximi ores funt, duriores hæ quide cærens, ac defiores funt, que corrici pro Dinquiores funt, neruo tenatiore funt. Etenim in arboribus ueluti in animante pro cute elle flatufit extremum cortice, pro carne id, quod ad ante fubeft, pro offe id, quod ad medulla circu obuoluinur, & no. dos in plantis per fimiles elle neruis purabat Ariftoteles. Ligni parte omniu peffimam Alburnum deputant, cum alias ob res, tum of tere dinibus infenía fit. Adde his, o partes materia, qua dum staret ar/ bor, ad folem meridiem uergebant, andiores erunt cateris & gracili ores, tenuiores et tamen denfiores, habebunt es medullam ifta ex par te cortici uiciniorem. Et qua item partes telluri, & radicibus fuere fi/ nitima, ftabunt illa quide cateris grauiores. Huius fignum o aquis ægre adnatabunt, & arboris cuiusit pars media crifpior. & macule uticuar lint, quo radicibus adiunctiores, eo amphractiores, intimas tamen qualce partes supernatibus constantiores & comodiores du/ cunt. Verum in arboru generibus coperio aliquas, de quibus optimi scriptores longe miranda referant. Nam uite quide faculorum ster nitate superare affirmat, Iouissimulachrum factu ex une in urbe Po De une. pulonia ad Cæfaris tépora conspiciebatur sæculis permultis incor/ ruptum. Net ulli elle ligno natura penitus æterniore omnes prædi/ cant. In Arriana Indorum regione haberi uites tam craffas ait Stra/ bo, ut eius truncu homines uix amplexentur bini. Apud Vticam te/ Tectum cedri ctum ex cedro stetisse annos mille ducentos, octo & leptuaginta tra didere. In Hispania teplo Dianze trabes ex iumpero ab anno ducente mum. didere. In Hispania teplo Dianze trabes ex iumpero ab anno ducente Trabes ex iur fimo ante excidium Troiz, ufer ad Hanibalem duralle teftantur. At qui cedro quidem mira eff natura, li, un ferunt, una hæc arbos clauf nipero . non tenet. In motibus, qui ad Bennacii funt, abietis genus riget, quo fi feceris uas, ní prius oleo perunxeris, non commebit uinu. Hacten? de arboribus.

De Lapidibus in univerfum, quando eximendi, & in opus repo nendi. Qui faciliores, tolerantiores, meliores & durabilio/ res. Capue VIII. Arandus efteriam lapis, qui pro muris habendus fir, is erit du/

Digitized by Google

G pla.

plex. Alius qui cementis coaprandis, denin ciendis (;, alius, qui firus fur æ conueniar. De eo qui ad structuram prius, sed multa, cum bre uitatis caussa, tum op nimium trita sunt, prætermittam. Nece isthic in fistam ut physica illa de lapidum primordijs atce origine disputem, ex aquæ ue, ac terræ comixionibus uilcola illa principia in limu pri us, subinde in lapidem duruerint, frigoris ne, an, qd'de gemmis alle/ runt, caloris ui, folisce radio denfara concreuerint, an potius, ut rerti aliarum, fic & lapidum indem fint à rerum natura indita telluri femi na.Colores'ne lapidibus ex rata terrenorum corpulculorum cum li quenti aqua confusione infint, an ex innata seminis ipsius ui, an ex co cepta radij impressione adsint. Itace istusmodi omnia, tam & & for/ caffis aliquid facerent ad rem exornandam, ea tamen prætermittam, remér iplam ædificatoriam, quali inter fabros, ulu, & arte propatos tractans liberius, & folutius profequar, & exactifiime philosophan/ tes forralfis postulant. Cato lapidem (inquit) estate eximito, sub diuo Outo tempore habero, ante biennium in opus ne ponito. Aestate quidem, quo uen/ lapis crimedo tis, & gelicidijs, & imbribus, reliquis ue temporum iniuris infueti la pides sensim alluescat, Nam lapide quidem nuper ex fodina humo/ re natiuo, & fucco prægnantem, fi uentorum acerbitati, & fubitis ge licidifs obieceris, findetur arce foluetur. Sub diuo, quo quila lapis, g fit ualidus, & contra res aduerías, & lacescentes constans rimo istiul/ modi, quali præludio, futuri cum temporis æternitate certaminis co probetur. Non ante biennium, quo imbecilles natura, & qui ufrium in opere facturi erant, non te lateat, & à firmioribus separentur. Eter nim quocunce in genere lapides inveniri cortum est inter se uarios.ita ut ali fub aere durescant, ali pruinis aspersi rubiginem trahant, atch diffoluantur, & huiufmodi. Verum hi quales pro locorum uarieta/ te & natura fint, & experientia pulcherrime innotelcut, Vi iam exue terum ædificijs cuiufes lapidis uim, & uirrutem didiciffe plenius pol/ fis, gex philosophantium scriptis & monumentis, ramen de toto la pidit genere, ut fummatim loguar, fic licebit statuisse. Albus quife Lapidum qua lapis facilior fuíco eft, Traslucidus opaco ductibilior, & quo quiler magis imitabitur falen, eo erit intractabilior, Harena infperfus la/ pis collustranti asper est, aurez si intermicabunt scintille, contumaz, nigrames li (ut ita loquar) scatet puncti, indomitus. Qui guttis eft an gularibus alperlus, is erit firmior, of qui glubolis, & guttæ quo erite minores, co crit lapis tollerantior, Et quo and solor purgatior atos

litates.

limpi/

Digitized by Google

limbidior, co æternior. Et lapidi, quo uenarum aderit minus, co in/ regrior. Er quo uena ipla contiguo lapidi colore congruentior, eo s/ guabilior, & quo tenuior, co morolior, & quo anfractior & uoluti or, co aufterior, & quo internodofior, co accrbior. Venarum ea eft apprime fixilis, qua fui medio lineam habuerit ductam rubrica, aut ocrea putrenti proxima, ad has erit, quæ diluto & albefcente herba/ ceo colore sparsim fulcabitur. Omnium difficilima, quæ glacië præ ferum cærulcam imnetur. Venarum numerum diffidiofum, & inco fantem indicant, & quo directiores, eo infideliores. Lapis, quo dif fractis glebulis aciem acutiorem, & terfiorem dederit, eo erit concre/ tior. Et lapis cum defringitur cute, qui minus extabit aspera, is erit habilior scabro, Sed scabri ipfi quo erunt candidiores, eo minus erite obfequences. Et contra fuicus quila lapis ubi erit luna minutiore, il/ lic magis ferri aciem alpernabitur, ignobilis quilq lapis, quo fiftulo fior, eo durior. Et qui aqua aspersus summotenus tardius arescet, is crit crudior. Et grauis quife lapis folidior & expolibilior leui, & les uis quife friabilior graui, & relonãs dum ferias lapis denfior eft fur/ do. & qui duriter perfricatus olebit fulphur, acrior elt g qui nihil re/ ferar olidi, & quo denicy ad scalprum contumacior, eo contra laces fentes tempestares rigidior & constantior. Ad fauces fodinz qui tem pestanbus perstructus glebis sele grandioribus alleruarit, hunchrmi orem ducunt. Omnis nem lapis ferme cum defoditur mollior eft, g fub diuo eft habitus, & humore afperfus ates infufus lapis tractibilit or ferro eft g cum exaruerit. Et fuo quiles lapis quo humectiore fodi næ loco exemptus fit, eo cum aruerit erit denlior, & auftro flante cre dunt dolabiliores effe, qua flante borea, & borea urgente facilius fin di, qua auftro, Verum lapides ipfi quales futuri per atatem fint, fi quidlibeat ocyus periculum facere, indicia patebunt hinc . Nam qui aqua commadefactus perplurimum ponderi adiccerit, erit is quide humido diffolubilis. Qui uero igne & flamis pertactus facefcer, fub fole æstuck non perdurabit. Neg hie prætermittenda censeo digna memoratu quædam, quæ de nonnullis lapidibus ueteres memines - 86.

Nonnulla de lapidibus memoratu digna, à ucteribus tra/ dira. Caput 1X. N Am erit quide no ab re intellexisse quanti habeant in se & ua rietaris & admirationis, quo quega aptis ulibus decenti^o accommo/ G 2 den

dentur, Circa Vollinienlem, & in Stratonenli agro elle lapidem præ Lapis Vollin. dicant omnibus ædificiorum ulibus accomodanilimum, cui nece ig nis, nece ulla répettarum uis noceat. Eundem ce elle cotra répettatem penkus aternum ater incorruptibile, & fimulachrori lineamenta g diunifime alleruet, Cii ex incendis urbe reftitueret Nero, scribit Ta citus, faxo Gabino & Albano ufum pro trabibus, o is lapis ignib? imperuius fit. Apud Liguriam & apud Venerias, in Vmbria Pice/ Lapis albus no, apudig Belgas suppeditat albus lapis, quem ferrare dentata ferra ferranlis. & dolare poffis perfacile. Et ni alioquin natura effet inualidus, & ina becillis, omnium egreffus forer in operibus, fed pruina, & gelu, & a/ spergine rupitur, & contra auras maris minime est robustus. Haber Hiftria lapidem marmori no diffimile, fed is uapore & flammis per Lapis Histrice tactus ilico finditur, & diffilit, Quam iplam re evenire alleverat cu/, ice lapidi, qui fortis fir, præfertim albo filici, & item nigro, ut igneis ne quicci perferat. In Campania lapis est fusco cineri simillimus, cui etiam mixtos putes & interiectos elle carbones. Is quide supra quàm Lapis Camp. poffis existimare pondere leuis est, & ferro dolabilis, & prorfuste/ nax, & item constans, & contra ignes, & contra tempestates non ing ualidus, led adeo arens & finiens, ut calcis humores confestim abfor/ beat, & uret, exhaustach & uanida, pulveris instar relinquet illimen/, ta. Hinc breui diffolutis copaginibus labelat opus ultro, at corru/ it. At lapidi huic natura comrarius est globofus lapis, præfertim qui sit fluuiatilis, nam semper madens cementis non coheret. Quid illud, Marmora ex/ quod in marmoris lapidicinis copertum habent, marmora excretce, adare. re. Romæ per hæc tepora inuenta fub tellure funt fistulofi lapidis Ty. burtini minutalia unum in folidum lapidem temports, terræch (ut iA ta loguar) fometo concreusse. Ex lacu Reatino uidebis quò loci per. abruptum illud præcipitium aqua redundans in Nar fluentem cor/ ruit, ripæ supremum labrum indies concreuisse, ut argumen / tum hinc nonnulli fumpferint exiftiufmodi addimento, lapidisch in cremento conualle ipía faucibus abstruía effectam lacum, Sub agro Lucano non longe à Silari fluvio, qua parte ad orientem uerfus ca. Lapis agri Lu altis rupibus aque sullantes defluunt, concrescere indies uidebis gra, canici. dia pendentifi lapidii glaceonia, ad magnitudine ut fint corum gdig onus carrorum perci plurimorum, Islapis recens, & materno fucco madens admodu tener est, ubi uero aruerit, sit durissimus, & ad om nes ufus accomodanifimus, ld ipfum euenire ex non nullis uercribus aque

DE RE AEDIFICATORIA LIB. II. 27

aquæ ductibus spectaui, ut formarum latera concreta quada gum/ matione lapidis concrusterur. In Gallia duo spectaffe hac ætate lice/ bit digna memoratu. Nance extat quidem agro Corneliano peralta torrentis ripa, ex qua grandes, & plurimi globofi lapides terræ uifce ribus intimis concepti paffim indies crebris locis parturiuntur. In a/ gro Fauentino propter Lamonis fluenti ripam adfunt natura prote Lapides fpon/ te nascentes. fi uafti lapides, qui non modicam indies uim falis uomant, spacioch lapidescere arbitrentur. In agro Florentino Hetruriz apud Clatim amne fundus eft, in quo alternis septennijs prædura, quibus abunde conspersus fit, faxa, in glebas redeunt. Apud Cyzicenos, & item cir/ ca Caffandriam uerti glebofam terram in faxa, refert Plinius. In Pu/ colano puluis suppeditat, qui aqua maris durescit, & fit lapis. Toto etiam littore ab Oropo ufc; Aulidem quicquid mari abluatur lapi/ dem fieri, & concretii reddi referunt. In Arabia etiam glebas, ait Dio dorus, effossa terra suaue olentes, quæ quidem ueluti metalla fuseig ni in lapide uertantur. Addit & holce demu lapides eiufmodi effe, ut cum in eos guttæ aquæ pluuiæ ceciderint, iuncturis colliquescentib? toto fiant in muro lapis unitus. Sarcophagum quoch lapidem apud Troadis Allum defodi ferunt, qui fiffili uena coniungatur . In hune lapide defunctorum comiffa corpora ante diem quadragefimum to Sarcophagus. ta, præter dentes, abfumi allerunt, &, quod magis mireris, uefte, cal/ ciamentaçe, et eiufmodi una cum corporibus illita uerti in lapide pre dicant. Contrarius huic est Chernites lapis, quo Dariu condidisfere ferunt. Is enim corpora præseruat integerrima . Sed de his hactenus.

Lateres unde, & quando ducendi, quo modo formandi, & quotillorum genera. Decetriangularium lapidum

utilitate, decs plastice obiter. Caput X. A Tqui constant quidem lapidis loco ueteres perlubenter usos la teribus, credo equidem inopia rerum, & neceffitate ductos ho/ Lateribus uete mines primū usurpalle, ut lateritia ponerent edificia. Quod postea g animaduersum est, ce id fructuræ genus opera facile, ad usum com/ modum, ad gratiam aptum, ad perennitatem firmū, constans ce exi fteret, profecuti sunt, cum cætera, tum & regias ædes struere lateriti/ as. Demū postea feu casu, seu industria percepere quod ignis ad sir/ mādos, denfandos ce lateres ualeret, testaceo passim opere omnia at/ tollere perseuerarunt. Et quantum ex uetus filimis structuris annota ui, hoc profecto ausim dicere, nihil ad omneis quos uelis ædificatio/ G 3 num

num usus invenirizomodius latere no crudo, verti cocto, ubi cocite di, & ducedi ratio diligens adhibeatur. Sed de lateriti operis laude ad lias. Ad re fit of aiut lateri ducedo terra probari cam, que fit albicas & cretola. Ité phari quoce rubicolam, & ea, que malculus dictur, fabulo.Harenofam uero, & penitus fabulofam uitanda, & in primis calculofam omnino abigenda fratuunt, o huiufmodi inter coquent sterum (crra dum diftorqueatur, & perfindantur, ti exacti spote sua ameranir. La teres non statum effossa terra ducedos putant, led foditoria autimo iubent, comacerari totă per hyme, & uere primo duci. Nam li ducas bruma, in propru est rimolos fieri gelaru, fin folftitio, acri a fiu finde tur fummotenus exficcando. Quod fi cogat neceffitas, ut per hyber/ Lateres quan/ nos algores fingas lateres, operno illico ficaffima harena, fin per a/ do ducendi. state feruente, humecus paleis. Na fic habiti non findutur nece cotor/ quentur. Sunt qui lateres uitro habere illinos uelint. Id fi iuuabit, cu/ Lateres uitro raffe oportet, ne ducantur ex fabulofa, au nimit macra arentice ter/ ra, na uitru absorberent. Verum ducendisunt ex albicanti & cretosa & lera, habendice sunt tenues, na craffiores qui forte sint ægre perco quuntur, & fixura immunes no euadiit. Q, si craffiores facere opor tebit incomodo prouidebitur, multa ex parte ubi medias per craffi/ tudines uno, & ité alteris locis stilo perforabuntur, quo & siccari, & excoqui comodius ualeant fudore, uaporece per istas iplas quali #/ ftuationes afpirante. Figuli fictulibus superilliniunt cretam albaria, qua fiat, ut utru patinis aquabilifime alliquefcat incutim. Id ena o/ peri lateritio conferet. Aduerti ex ueterum ædificijs in lateribus mix/ a elle parte nonnulla harenæ, præfernm rubræ, & rubrica, & mar/ mor immiscere affueuille inuenio. Experti sumus cade una ex terra reddi lateres multo firmiores, si ueluti panes facturi massam prius, qualifermétarimus, demű nerum atquiterum fubactam reddiden/ mus, ut fir admodu cerea, & omnibus enam minuris calculis purga/ ullima. Durelcunt quide coctura, adeo ut multa flama in filicea du / ritiem uertantur. Et lateres, seu fiat igne id, du coquuintur, seu forte fiv at aere du liccantur (que eade res evenit panibus) cruftam adducunt : folidam.luuabit igitur tenues facere, quo plus adín crufte, minus me dullæ. Et in his experiri licet li terfi & perpoliti aftruantur, durabunt ale contra tépeltates, quod cuiuis lapidu eque eveniet, ut ecrli fca/ britie non exedantur. Atqui testas quidem tergendas purant, aut nu per exemptas ex fornace, antequa com aduerint, aut limadent anteg liccer

ilui

DE RE AEDIFICATORIA LIB. IL 18

liccelcar. Nam femel madida, arcg rurfus exficcara durefciratia adeo ut ferri acië delimet atcy cofumat. Sed nos comodius proxime ducia & adhuc urente radimus . Atqui lateru tria apud ueteres fuerunt ge/ Laterum tria nera. Vnum longi fexquipede, latu pede . Alterum palmos quince genera. quoquo ueríus, Terni palmos non plus quatuor. Videmus in zdi/ ficijs teftas, przfertim ad arcus, & nexuras pedes quales uerlus latas binos. His non æque ufos ueteres publicis atch privatis operibus red sant, led maioribus publica, minoribus privata fruxille zdificia. De his quoch annotaui, est alibi in veterst monuméris, su uia Appia, alia ator alia extare maiorii & minorii laterii genera, quibus uarie uteren tur. ut no modo quicquid ad unlitate, uerti etiam quicquid ad grati/ am aptu, & condeces uenerit in mente, id fedulo uoluiffe perficere ar bitror. Vt catera omittam, lateres uidi longos digitos non plus fex, eraffos unu, latos treis. Sed his porifimum pauimenta ípicatim in/ fternebant. Præ cæteris mihi probatur trianguli, quos faciebant hue in modum. Latere enim quoquo ueríus pedali amplitudine duce/ Lateres trian/ bat craffum digiti & femis, hunc di uirebat duabus lineis diametra gulares. hbus ab angulo ad oppolitum angulu fignabant linea profunda, õ ufcy dimidia lateris crallingdinem feinderet. Hincigitur quatuor hay bebantur trianguli æquales. Lateres, has preftabant commoditates, Namminus capiebant cretæ, coaptabantur in fornace, eximebatur. deferebantur in opus habilius, puta qui una manu quatuor haberen eur. Hos faber leui ictu inter astruendum alterii ab altero diuidebat, Hisépperfrontes parietum ordines inducebat latere pedali extrinfe/: eus ut pateret, angulo uero introrsus obiecto. Ex quo impensa qui/ de minor, opus gratius, structura firmior reddebatur. Nam cum to to pariete nulli non integri adelle lateres apparerent, tu anguli denta tim in fracturis parietu illigan opus firmifimi reddebant. Ductos lateres neillico in fornace imponas iubent, ni perficci fint, & non an/ se bienniñ ficcos reddi, & in umbra commodius ficcari g in fole affe/ rut. Sed de his quog hactenus, ni forte addas, quod annotavere ter/ Terra plastica ra ad huiulmodi opera, que plastica nuncupatur, probari inter egre gias Samia, Aretinam, & Mutunefem. In Hispania Sagunteam, Per/ gameam in Alia. Vnu hic breuiratis gratia no protermina, qua ca de lateribus ulcs dicta funt, eade in tegulistectorum, acquimbricibs, arce rubulis, arce omni denice plastico, fictilice opere fore observada. Déximus de lapide, sequitur ut de calce dicendum sit.

...

De

De calcis & gypfi natura, ufu & speciebus, in quo conveniant, in quo item differant, dece alis nonnullis memoraru haud

indignis. Caput XI.

LEONIS BAPTISTAE ALBER TI

Alcem ex uario lapide Cato Cenforius improbat. Et calce que fiat ex filice ad omne opus damnat. Tum & ad calcem efficient dam uchementer eft inutilis lapis quilquis exhauftus, arridus, putris in quo excoquendo ignis non inueniar quid ablummat, quales lune Tophinei, & qui circa Romam agro Fidenate args Albano fubruffi any pallentes funt. Tertia enim parte fui ponderis, quam fuus fuerat lapis leutor fit calx oportet ea, quam periti probent. Quin & lapis ni mium liccolus, & natura madens, od fub igne uitrefcar, haud quage eft ad calcem efficiendam utilis. Viridis(inquit Plinius) lapis igui ue/ hementer reliftit. At nos de porphirite lapide comperti habemus, non modo flamis non excoqui, uerum & contigua quæce circuhæ reat, laxa intra fornacem reddere, ut ignibus ne quico fatis excoqua tur. Atqui & terricolum quocs lapidem, o calcem impura reddar, resouat. Sed calcem in primis laudant ueteres architecti, quæ de lapi de fiat præduro & admodum spisso, & præsertim albo. Hanc enim cum caterisulibus no incommodam, tum maxime testudinibus fir/ millimam ducunt. Secundo loco probant calcem eam, que fit ex las pide alioquin non leui & putri, sed fistuloso. Hancenim ad opus te / ctorum elle omnium præcipuam & cæreris ducubiliorem, & reddes re opera splendidiora censent. Vidimus & in Gallia usos architectos calce non alia, g que facta sit ex collectivio torrennum saxo, globo/ fo, fusco, præduro, & eiufmodi, ut possis putare filicem, eam tamen in opere tum faxo, tum lateribus multa per tempora egregiam præ/, fauffe firmitatem costat. Inuenio apud Plinium eam qua bat ex mo lari lapide calcem elle natura pinguletam, ideirco ad omnes ufus per commodam. Nos experto intelleximus euin molare lapide, qui gut ratim fale afperfus eft, cum rudior, ac perinde aridior fit, non fuccede. re, cũ uero alterum falibus non mixtum qui fpillior, & lima cũ fran/ gatur tenuiore est puluere, succedere, Sed lapis uncunce fit, ad calcem effollus utilior ern g collectitus, & ex umbrola humetics fodina ex empeus, qua ex arenti, & ex albo ductibilior, qua ex fulco, In Gallins Gyplum. apud maritinas Heduorum regiones calcem lapidis inopia offraceis conchilijsch efficiunt. Eft & calcis genus gyplum, fit enim & iplum la pide excoçio, tam & li Cypro & Thebis fodi gyplum referunt lum/ **a**12

Calx à uteri/ bus laudara.

DE'RE AEDIFICATORIA LIB. II. 29

ma tellure folibus concrematum. Sed gypfeus omnis lapis à calcis lapi dibus differt, q tenerrimus fit, friabilis, præter unum, qui in Syria fodi eur, Nam predurus quidem eft. Differüt etia, o gypleus lapis horis nõ plus uiginu, qui uero lapis ad calcem eft, horis non minus fexaginta co quitur .Gypfi quatuor aduerti elle per Italiam species, harum duze tra/ lucidæ, duæ non tralucidæ. Tralucidarum una glebis aluminis, seu po Gypsi quatu/ tius alabaftro eft fimilis, hanc Squameolam nuncupant, or tenuiffimis, or fpecies. quali squamis coherentibus, & paginatim copressis coster. Altera squa meola quoqeft, led magis fali limilis, fulco, ci alumini. Non traluci/ daru autem species ambe cretam obdensata imitantur. Sed est altera al bicans & fuppallens, altera pallori fuffufum colore habet ruffum.Po/ ftreme prioribus denfiores, inter postremas subruffa tenacior, Inter pri ores qua purior, ea candidiora & splendidiora in dealbarijs operibus figilla & coronas præftat. Apud Ariminum gypfum inuenies, folidu, ut dicas elle id marmor, aut alabastru, ex eo sulli tabulas serra dentata ferrariad opus crustationum comodiffimas. Omne gyplum (ne quid Gypli confe prætermittam)malleis ligneis affligi et conteri, ules in farina reddatur, cura. loco ficciffimo accumulatum feruari, statim produci, aqua celerrime in fundi, confestim ad opus adigi oportet. Cabr contra, non enim tunsam uerie ex gleba infundi, & multo quidem ante comacerari oportet, aqua Calcis confe/ exuberante; prius quin opus, prælertim tectori, inimilceas, quo li qua fortaffis gleba parti fuerit ignibus excocta maceratione diutina folua/ ctura. tur arci liquescar. Nam cum recens, & no penitus proluta & comacera ra fumitur, quin ea fint latentes fubcrudi aliqui calculi, euenit ut hi qui/ de indies putrescant, & subinde emittant pustulas, quibus omnis expo/ litio unietur. Adde of calcenon uno fimul (ut na loquar)proluuio, in/ fundere, fed fenfim oportet madefacere alteris atch alteris, atch item alte ris alperfionibus, quoad plane fit bria reddita. Dehinc loco humecto, & lub umbra pura fine ulla reru aliarum mistura, & nihil plus, quàm fummotenus leui operta harena afferuanda est, quoad temporis mora liquidius fermentetur. Et copertum quidem habet calcem diuturna hu iulmodi fermentatione multi ad uirtutem augere. Nos quidem ueteri bus, ac deftitutifimis in feripris relicta, post annos(uti ex multis conie/ turis perspicue patebat) quingentos nuper inuentam uidimus madida &liquentem,&(ut ita loquar)matura adeo, ut mollitie mella, officier medullas longe superaret. Atce ea quide ad quemuis usum non est ut pues commodius polle quidpia inveniri, Duplu refert lic habita hares H narum

naru, g que recenter excincta, milceatur, In his igitur calx arcs gyplina non conueniunt, in ceteris coueniunt. Ilico enim eximas ex fornace, ac fub umbra, & ficco in loco habeas, mox infundas oportet. Na fiue for/ naccipla, live alibi ad aura, ad Luna, ad Sole adlerueur, prælerim 2/ flate, ocyflime refoluetur in cinere, & fiet inutilis. Hacterus de his. For/ nacibus lapide ne imponas, monent, ni' confregeris, ita ut fint frusta gle bis non minora, fino illud of facilius coquantur, Copertum quidem eft medijs in lapidibus, plertim globolis, interdu adelle uacuas aliquas co cauitates, quibus aer inclusus plurimu afferat detrimenti. Na succenso fornacibus igne fit ut iftic leu frigore introrlus alcendete aer perftringa/ tur, feu incalescente demis lapide ide aer in uaporem exaugeatur, fit, in/ quam, ut cotumelcat, & quace uerlus pfracto carcere, quo coercebar. immani sonitu acrice impetu ersipat, totamos fornacis congerie distur bet atcg peruertat. Et sunt qui lapidibus istiusmodi uiderunt media in/ tus uigere animantia, cũ alia, & diuería, tũ uermes pilolo dorfo, & mul tipedes, qui quide fornacibus soleant dispendit afferre. Nece hic no sub iungă digna quedam memoratu de rebus istiulmodi, que nostra ata/ te uila funt. Non em hæc feribimus folu fabris, uerum et fudiofis enam rerum dignaru. Qua de re iuuat intermiscere interdu qua delectent. & ab re th arcs instituto aliena non fint. Martino quinto pontifice, allatus Anguis uiuus extitit anguis repertus Latio à fabris apud fodinas uita ducensin ualto quoda lapide circu omnibus afpiramentis obstrusis. Reperte & alige ranz, & ite cancri, led higdem mortui, Tum & candidillimo marmo re in medio phec repora frondes arboru repertas teltor. Vellinus mõs qui Brutios à Marcis dividir, omniti præcellus toto vervice calvefcit la/ pide albo, & rediuiuo, illic qua parte in Brutios spectat, passim uidebis disfractos lapides referros figillis conchilioru maritimorum, non am/ plioribus, Jut ea sub uola manus capias. Quid illud: Ex agro Verone li indies colliguntur faxa coelo strata figno quinquefolio, certis & copa ribus lineis aprillime picripta, atch bellillime imbricata natura arte ad mirabili, & perfinita, ut imitari fubtilitate operis pollit prorfus mortali um nemo. Et quod magis mirere nullu huiufmodi invenies lapide, ni fi inversum, impressante ligni forma obtegente, quò facile putes natu ram non admirationi hominum, led libi effinxille tantas delivas artifiz tij fui. Ad re redeo. Non hic inlifta, referes, quo pacto foci ueltibulum. phirnium ceteftudinare, & interiore igniti fedem coaptare oporteat, ut gituans flama refpires, ut fuis quali limitibus coerceatur, ut in unum ad opuś

Vermesin la/ **Pidibus**.

in lapide ob/ ftrulus.

opus coquendi confluat tora ignifi uis, atch conspiret. Nece, plequar, d pacto fenfim fixcendere, & igne non intermittere ulcy du flamma ad fu premum ul : acquico fumola exeat, & fummi intra fornacem lapides candescant, & coctum lapidem non elle nili cum flammis turgelacia. guæ circumhiarat fornax lele receperit ator perstrinxerit, Miríi in quo maturam spectes elementi. Nam si calce cocta ignem subdemeris, fiet cal caria fenfim minus in imo calens, in fummo uero magis multo redde/ sur ignita. Nunc quoniam his operibus perficiendis non calce tantum, uerum & harena opus eft, de harena ipía nobis dicendum eft.

Detrium harenarum generibus ac differentifs, decr diversa vario/ rum locorum ædificandi materia. Caput XII.

TArenaru tria funt gña, Fofficea, Fluuiatilis, Marina, Omniu opti/ Ima follicea. Atorea quide multiplex eft, nigra, cana, rubra, & car/ bunculus, & glareola. Si quis me roget quid na elle harcham statuam? fortallis dixero ea elle, que maioribus cofractis lapidibus minutulis co ftet lapillisculis. Tam & fi Vitruuio placuit harena, & plertim in Herri ria qua carbunculu dicunt, genus elle quodda terræignibus à reru na tura intra motes inclusis peruste & redditæ, ut fit ia terra, non cocta for lidior. & topho iplo mollior. Veru inter halce oes harenas plerunt car bunculu. Aduerti Romz publicis edificijs ufos no in postremis rubra. Cana intra folliceas ultima eft. Glarcola fundamentis farciundis como da est. Sed inter primarias, pximo loco annumerat glaream tenuiore. plerim que angularis, & ab omi terra immixtione immunis sit, uti est ð apud Vilumbros abunde fuppeditat. Subinde harena, pbant, que ex 🔍 fluento post primă supmam cute abrepta eximatur. Et inter fluuratiles torrentifi, & inter halce utilior que intra motes pronioribo pfluuns fub finit. Extremo uenit loco harena, q ex mari excepta fit, & inter mariti/ mas nigrante, ac uitrolam non omnino uituperant, Apd Picentes agro Salernitano harena ex mari fumpta foffice x no postponut. Sed eus re gionis no omi ex littore defumpta phant. Na compertu quide habent littorib, q ad auftros excipiendos pateant, harena elle oniniti deterri/ ma. Que uero ad Libycu spectent littora, ea gdem harenam ferre mini me pellima. At inter maritimas harenas elle con odiorem coltat, quæ ad rupes sublideat grano'ue crassiore fit. Arg habet harena quidda, q Harenarum etiam differant inter fe. Nance marina inarefeit difficile, & fallugine dif/ differencia. Colubilis madeloit cotinuo acq fubfluit, Ince igitur onera gere, & nun/ quam fidullime lultiner, Flumatilis quocy humectior eli, a tollicea, ea ca H 2 de

Harenarum tria genera,

bigitized by Google

de re ductibilior, & tectoris habilior. Follicea propter pinguedinem te nacior, led facit rimas, ea de re concamerationibus adigunt, no ad tecto ria. Sed erit, harena optima fuo in gñe, quæch fricata, & perfiricia maní bus stridore faciat, & que in candida uestem excepta non coinquinabit. neg terra subsidente relinquet. Contra erit harena non bona, que per fe lenis, & nequicip aspera, & colore, odorece lutea terra innetur, que ue intra aqua exagitata, aquam reddet plurimű turbulentam & limo/ fam, quæ ue in area relicta ilieo herbefcer, eritos non bona, que dudum confecta diu extiterit sub aere ad sole, & lunam, & pruinas. Nam terriv cola efficitur, & putris, & perinde cii ad produceda arbulcula, & capri ficos parata, tum ad continenda structuram infirmissima. Diximus de materia, lapide, calce & harena, quæ à maioribus, pharentur. Sed locis non omnibus dabitur, ut ea pro instituto, rebus agendis comoda & pa rabilia inueniamus. Asiam aiebat Cicero propter copia marmoris, sem per ædificiórű & lignorum gloria floruille. At marmora locis omni/ bus non inuenies, alibi aut nullus est lapis, aut si est, is quidem non ad o mnem ulum est habilis. Tota Italia ab ea parte, quæ ad meridiem ver/ git, fofficeam reperiri harenam testantur, ab Apennino citra non reper riri.Babylones inquit Plinius bitumine, Carthaginenses luto utuntur, Mos adifican Alibi omnino lapidis inopia, cratibus & argilla adificant. Budinos re di apud diuer/ fert Herodotus cum privatas, tum etiam publicas ædes non re alia ædi/ ficare of ligno, ut etiam urbis moenia, archipía deorú fimulachra fine a pud eos lignea. Neuros ligno penítus carere ait Mela, ut lignorum los co fuccendere cogantur olla. Aegypto iumentorii fegeftionibus focum fouent. Hinc est ut alij alia sibi habere pro necessitate, & rerum oportu nitate diversoria cogatur. Apud Aegyptios funt qui uel regias domos harundinibus, apud Indos, qui certarum coffis fibi ædificent, apud De daliam in Sardis fuffolfa tellure habitare fcribit Diodorus. Carris Ara biæ oppido muros, domosór, mallis efficiút falis. Sed de his aliàs. Irace (ut diximus)no omni loco cadem lapidis, harenæck, & huiufmodi, eft copia, fed diuerlis diuerla, & natura, & rerum exilit ratio atcs modus. Idcirco his uti oportet que suppeditant, & in hisipsis adhibeda est cau tio, primo, ut habiliores, & commodiores, felectos, paratosé; habea/ mus, proxime, ut ædificando aptioribus utamur, suis quibusce locis cuncta recte dispartiendo.

> An temporis obleruatio inchoandis adilicijs conducat. Quod te pus aprum, quibus de precibus & augurijs captandum fir initium, Caput XIII.

fas gentes.

DE RE AEDIFICATORIA LIB. II, 31

E Equitur ut paratis rebus, que receluimus, materia, lapide, calce, has Jrena, nunc de confiruedi adifici ratione & modo tranigamus. Na ferrum quidem, 25, arcs plumbum, & uitrum, & reliqua istusinodi, ut pares, nihilo plus opus elt industria, ci ut coemas, atch in unum cogas, quoad in opere perficiundo non defint, tam & fi de his feligendis & di firibuendis dicemus fuo loco, que ad operis, ornamentorum ch ratio/ në abfoluendam conueniant. Atcy nos, quafi opus facturi fimus, & ma au ædificaturi ab iplis fundamentis rem ordiri aggrediemur. Sed hic prius eft, ut iterti admoneam, pelanda elle tempora, cum publica, tum & priuata. Nostra, nostrorum' geiusmodi sint, ne quid aggrediamur in quo perturbatis rebus, aut inuidiam captes, fi perfeueres edificando. aut dispendium, fi deferas. Adde 9 & natura tepora in primis erut ob feruanda. Nam uidere quide licer, uu ea, quæ per hyemem edificantur. locis præfertim frigidis gelent. Ea uero, quæ per æftate, locis præfertim zituolis arelcant, prius ci cohzreant. Hincigitur admonebat Frontin? Tempus zdifi architectus elle ad opus exequendum apra, accommodatais tepora, q funr à Kalendis Aprilis ad Kalendas Nouembreis, intermisso estaris fer uore. Sed pro locorum uarietate & coelo, opus maturandum, aut pro/ ducendum statuo. Itaq fi cum his, cum q cæteris rebus quæ supra rece fuimus, bene tibi conuenier, erit demum area futuri operis defcribenda, fignatis in folo spacifs, sua & linearum & anguloru dimesione. At sunt qui admonent bonis initifs inchoandam elle ædificatione, permaxime quide interelle quo quider reports momento in rerum plentium nume ro elle occeperit. Lutius Tariitius urbis Romæ natale diem adinuenif/ fe fortunæ fuccellibus annotatis prædicatur. Tantam og habere uim ad res futuras iplum hoc initif momentum putarunt lapienullimi ueteres. in fuille Iulius Firmicus Maternus referar, qui mundi genituram ex re/ rum euentibus copertam fecerint, ac de ea re accuratiffime scripserint. Nance Aescutapius, Annubiusce, & istos secuti Perofiris & Necepso sic Sub quo sig fuille hanc affirmat, furgente ab orizonte Cancro, & Luna ex dimidio Sole in Leone, Saturno in capricorno, loue in Sagittario, Marte in fcor Dione, Venere in Libra, Mercurio in Virgine, Et profecto repora, fire/ fte interpretamur, plurimii plærisch in rebus poffunt. Nam & quid il/ Jud, qd'aiunt, die brumali pulegium aridum florescere, inflatas uesicas difrumpi falictorum folio. Maloru grana uerti, ac circuagi, murium ch seculculis fibras numero indies ad Lunz numerum congruere, atc; 2/ quari, Ego uero & li utius disaplinæ professoribus, & temporum ob/ H 3 ferua/

carioni aptum

no dies natalis urbis ponende effe debeat.

Teruatoribus non tantum tribuam, ut cos existimé suis posse arribus cer cam præftare fortunam rebus, non tamen eft ut afpernandos ducam fi quando disputent prescripta istiusmodi tepora monente coelo utrande in parte polle g plurimfi, Sed uti ea fele habeat res, ferualle qua admos nent, aut plurimu proderunt, si uera sunt, aut minimu nocebunt, si erut falfa. Addere hic aliqua ridenda, quereres probauere inchoadis rebus. fed nolim interpretetur lecus, atcs resferat. Et profecto ridiculi, qui bo no ité omine, cum cateras res, tu & in primis area prascrippione inire iufferint. Veteres his superstitionibus adeo uacabant, ut effe primi mi lite in delectu conferibendo curarent, ne ei effet nomen ulla ex parte in/ Euftum, tum & lustranda colonia atcg exercitu bonis nominibus elige bant, qui hostias ducerent, & locandis uccugalibus Censores, Lucrinti Superficiones lacum, ob nominis foelicitate elle omnium primu infinuere. Tu & ma lo nominis omine permoti, qua prius Epidamnum uocabar, ne in da/ num eo nauigantes ire dicerentur, Dyrrachium appellari uoluere. Ea/ dem rone & Beneuentum, quod prius Maloeton diceretur nuncupaues re. Rideo hic, nam bona etia uerba, & precantia adiungi placet. Et funt qui affirmet hominum uerba tanti elle, ut uel à feris, mutiste rebus aus diantur. Sino illud Catonis, uerbis lassatos boues instaurari. Solere g/ dem homines aunt impetrare à folo patrio uerbis & precibus, ut in/ fueras & alienas alat arbores, iplasce arbores exorari polle, ut transmi grent, & in alieno accrelcant. lam mihi, postea g inepri elle corpinus, a liorum ineptias recenfendo illud ridiculi gracia non omittam, quod a/ iunt adeo audiri hominum genus, ut rapam affirment ampliorem cre/ scere, fi, dum feratur, obsecretur, ut fibi, & familie, & ulcinis benigne co ferat. Qux quidem res, fiita funt, non intelligo cur ocymű herbam pu rent, quo magis cum maledictis & probris fatum fit, eo fructus letiores afferre. Sed milla hæc faciamus. Cæterum præstare quidem arbitror, fi omni opinionum incerta fuperfutione delpecta, rem iplam fancte SC religiole aggrediamur. Ab loue principium mula, louis omnia plena, Ergo purificato animo, & fancte, pieq adorato facrificio, inchoari ta/ cam rem perplacebit, his maxime habitis precibus ad fuperos, quibus polcatur, ut opem, auxilium de præbeant operi, & faueant coeptis, quo ad fauste, foeliciter, plperece eveniat res, litch loga, cum fua, fuorum et. hofpitumq falute, & falubritate, cum rerum firmitate, animi æquabili tate, fortunarum incremento, & industriæ fructu, & gloriæ propagad one, bonorum of omnium perennitate acq posteritate, De his hacten?. Lco

HELETUIR.

Digitized by Google

DE RE AEDIFICATORIA LIB. III. 32 ∽∎LEONIS BAPTI≠ STAE ALBERTI, DE RE AEDIFICA/

toria Liber Terrius, in quo de Opere leftno instituitur.

Operis aftruendi ratio in quo uerfetur. Structuræ partes quæ lint, quibus'de indigeant. Fundamentum non elle structura par/ tem, Quod folum sit futurum ædificio comodum. Caput I.



Mnis astruendi operis ratio, hac una in re uerfatur ates cõ fumitur, ut pluribus ordine congestis, & arte copactis re/ bus, seu sint illi quide quadrati lapides, seu cemeta, seu ma teria, leu gdaliud uis folida ex eis, & quoad eius fieri pol/ fit, integra, unitach confiructio perducatur. Integra couni

race ea dicentur, quorum partes à parnbus nece relecte nece diliuncia, nece non fuis infit a locis fint, fed toto linearu tractu cohareant ater co/ fequatur. In structura igitur consyderasse oportet, que na in en prima riæ fint partes, & que partifi lineæ atce ordines. Structure pficundæ partes minime obleur a funt. Nance fummum, infimum, dextrum, fini Arum, proximum, diftant, & q inter has extremitates incurrat media, ex le patent. Sed quid cuice inlit, cur inter le differant non omnes intellis gunt. Nece enim est opus collere, ut putant imperiti, lapide lapidi, & cæ méta cementis superastruere. Sed diuerse cu fint partes longe diuersis indigent rebus, & industria. Aliud enim fundamenis, aliud, p cinctui, & coronis, aliud angulis, & apertionum labris, aliud extremis curibus, a · hud intimis parietum infractionibo & crallationibo debetur. Od'aute cuice debeatur, nostrum erit plequi. In his igit absoluendis ab ipfis fun damentis incipiemus, eos (ur diximº imitati) qui manu lint opus effe / Fundamenum Guri, Fundamentum, ni fallimur, structurz pars non est, sed locus ui/ delicer ac fedes, in qua structura ipfa tollenda, staruendaci fit. Nam si da bitur area penitus folida, atch omnino constans, lapidea fortallis, qua/ les apud Veios nonnullas inuenis, quie nam tibi illic erunt fundamen/ ra jacjunda potius, quàm ut structuram ipfam attollas. Apud Senas uifuntur maxima turrium moles, iplo primo, & mido in folo pofica. Eftenim mons solidus substratus topho. Fundationeigitur, hoc est, itione in fundum, arque soffura erit, opus ubi firmum, stabilect for um, profalla, demulaque fouea quærendum fir, quod ipfum **fiers**

folum.

Norma uete/ rum archite/ Aorum.

feri ferme plærisch omnibus in locis conuenit, de quibus posten. Com Commodum modu futurum folum indutio erunt hæc, fi nullæ aderunt herbæ, quæ humectis in locis soleant, si arbore aut nullam ferat, aut ea tantum, g ni fi in pduro & denliffimo oriatur, Si circum multo erunt omnia fically ma. & penitus arentia. Si lapidofa lapide non minuto, non globco, fed angulari, folido, plerrim filiceo. Si fub le, neg scaturient fontes, neg flu entum peruadet. Fluenti enim natura est, fur aut rapiat sempiterne quo/ ad moru ualeat aut importet. Ea re fit ut plana, quæ propter fluutus ex currit, soli firmitate præftent non prius, de ubi sub alueum descenderis. Prius, & quică fodere incipias, angulos arearum et omnes laterum line as diligentifime iterum atchiterum annotaffe te oportet, quales futuri* fint, & quo statuantur loco. His angulis ponendis norma opus est non pufilla, led pgrandi, quo directionum linez certiores confequant. Nor main utteres conficiebant tribus rectis regulis in unum triangulum co iunctis, quarum erat una cubitorum trium, altera quatuor, tertia cubi torum erat quince. Atg hos quide angulos ponere imperiti, nifi rebus omnibus, que aream occupent, amotis, & folo prius reddito uacuo, et penitus coplanato nelciunt. Each de re, qd'in holtium agro moderanti/ us facerent, repente, raptis malleolis, fabros uastatores ad dirueda & de lenda omnia immittunt, quorum est error castigandus. Nam multa & fortunæ iniuria, & temporum aduerlitas, & rerum calus atcp necellitas pollunt afferre quæ moneant, uetent ce ne quid cœpta prolequare. Et interez dedecet profecto non parcere ueterum laboribus, et confulere ci uium commodis, his que affuetis maiorum fuorum laribus capiant, quando & perdere, & profternere, & funditus consellere quæck ubig funt, ex arbittio femper relicium fit, Itacs pristina uclim ferues integra, quoad noua illis non demolitis attolli nequeant.

> Q. fundamenta lineis sint præsignanda. Soli firmitas quibus ar/ gumentis cognoscatur. Caput II.

Vndamentis describendis meminisse oportet prima parietum exor dia, & foccos, quos etiam fundamenta nuncupant, habenda effe d/ Socci. ta parte fui ampliora, g fit futurus paries, corum imitatione qui alpib Actrurize per niues ambulat. Nam hi quidem pedibus adigüt cribros funiculis in eum iplum ulum contextis, quorum amplitudine uestigia minus immergantur. Anguli ipli quo pacto annotentur, ellet non faci le examullim prolequi uerbis folis, op fit eorum captandorum ratio ex mathematicis ducta, & linearum exemplo indigear, res ab inftituto alie **a**2

DE RE AEDIFICATORIA LIB. III. 33

az de qua alibi in comentariis rerum mathematicarii transegimus Te rabo in archenitar, quantum hic conferat, ita loqui, ut qui ingenio uale as, facile intelligas multa, unde totam re postea ex te consequaris, Ob/ fcuriora fortallis q uidebuntur, fi libebit ad ungue tenere, ex commen/ carijs iplis petita percipies. Nos quidem fundamenta diffinientes allue/ umus lineas dirigere, quas radices nuncupamus, huncin modu, A me dia enim fronce operis, ad posticii protendo línea, ad cuius dimidia lon Fundamenti gitudine figo telluri clauti, per quam transuersam duco ex geometro/ diffiniendi mo rum monitis perpendiculare. Itage ad hasce duas lineas, quicquid dime dus. ziendum eft redigo, succedunt omnia bellissime, prasto sunt aquidista ses, ceruffimi finuntur angulis, partes partibus respondent, aprece con formantur. Q. li forte dabitur ut interiectis parietibus ueterum adifici oru captandi anguli terminu ac sede radio uisus expedire notasse non queas, tibi æque distantes lineæ ducendæ funt ea, qua libera & expedita Datebit uia, hinc fignato interfectionis puncto, cũ gnomonis, tum dia/ metri productione, tum etiam alijs æque distantibus ad normam coæ/ quatis lineis re pulcherrime affequemur. Nece erit non accomodatifi/ mum radios unius locis su perminentibus terminare linea, quo illinc de/ millo perpendiculo certa pltetur directio atca progrellio. Signatis per/ indelineis & angulis follioni conueniret quide oculorum & inturus um habere, quale per hechabuille tepora Hifpanu quempiam fabula eur, qui aquari uenas per terra intima lerpentes, non lecus discernebat ach in aperto fluerent, ianta sub terra succedunt incognita, quibus non rino onus, & impensam gdification is suftinenda comittas, Et oporter, p fecto, cum toto adificio, tu prafertim iplis fundamentis nihil neglige/ re, in quo cauti & circumspecti zdificatoris ratio & diligentia delydera ripoffit, quando in cæteris fi quid erratu eft, ledit leuius, & emendatur facilius, & perfert comodius, de in fundamentis, in quibus nulla errati exculario admittenda eft. At utteres, quod faultu & forlix fit fodito, in/ quiunt, ule dum folidu inuenias. Habet enim tellus fubduplices et mul tiplices cutes, alias fabulofas, alias harenofas, alias calculofas, et ciufmo Telluris cutis di, sub quibus ordine uario & incerto, densa & concreta sub futit cutis, multiplex. ferendis ædificijs ualidifima. Quæ & ipla quide uaria eft, negs cateris fui generis ulla penc in refimilis, fed albi duriffima, & ferro prope in/ expugnabilis, alibi craffior, alibi nigricas, alibi albicans, qua ceteris im beciliore plerice purant. Alibi cretacea, alibi tophinea, alibi ex quoda argalle gñe unmixta glarea. De quibus omnibus quæ na fit optima cer l' tân

